ponat aliquid. sed cogitet. semper quia de omnibus iudiciis et ope
ribus suis redditurus est deo rationem; Ergo secundum ordi
nes quos constituerit ut quos habuerint ipsi fratres
sic accedant ad pacem. ad communionem. ad psalmum imponen
dum in choro standum; Et in omnibus omnino locis. aetas
non discernatur in ordine nec praeiudicet quia samu
hel. et danihel pueri presbiteros iudicauerunt;
Ergo exceptis his quos ut diximus altiori consi
lio abba praetulerit ut degradauerit certis ex cau
sis reliqui omnes ut conuertuntur ita sint;
Ut uerbi gratia qui secunda hora diei uenerit in monaste
rium iuniorem se nouerit illius esse qui prima
hora diei uenit. cuiuslibet aetatis aut dignita
tis sit; Pueris uero per omnia ab omnibus discipli
na teneatur; Iuniores igitur priores suos ho
norent. Priores minores suos diligant; In ipsa
appellatione nominum nulli liceat alium puro
nomine appellare; Sed priores iuniores suos
fratrum nomine iuniores autem priores suos non
nos uocent. quod intellegitur paterna reuerentia;
Abba autem qui uices Christi agere uidetur. dom

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 92.8, 35v – Regula Benedicti
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-iman/5127/49001)